



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 54. Judicij acta contra Northumbriæ ducem, aliosque instructa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

rare intendit, forte obstaculum ponat, Sæcul. XVI.  
eo quod immodico studio Romanæ sedi A. C. 1553.  
addictus totum negotium evertere, at-  
que universum Regnum ex repentina  
ejus adventu facile ad tumultus conci-  
tare posset, cum aliunde Regno proscri-  
ptus fuerit. Nihilominus in irritum ce-  
cidere Gardineri fraudes, breve Po-  
lus Legati Apostolici dignitate insignis  
in Angliam venerat.

## §. LIV.

*Judicij acta contra Northumbriæ Du-  
cem, aliosque instructa.*

Interea Maria primas eo curas intende- *Thu. l. 15.*  
bat, ut, priusquam Londinum in- *n. 2.*  
grederetur, Northumbriæ Ducis caussa *Burnet p. 346. &*  
discuteretur, eapropter decima octava *365,*  
Mensis Augusti contra eum æque, ac *Sleid. l. 25.*  
contra Northantoniæ Ducem, ac Var- *p. 928.*  
vicensem Comitem quæstio haberi cæ-  
perat, ipsaque Regina Nortfolciæ  
Ducem judicij adversus hosce tres Prin-  
cipes instituti Præsidem nominabat, eo-  
quod supremus esset urbis Prætor, &  
quamvis Senatus acta in eum instructa  
nondum fuissent revocata, Regina ta-  
men eidem condonati criminis literas  
undecimo post die concesserat: Igitur  
tres hi rei coram Judicibus fistuntur, at-  
que inter ceteros primus Northumbriæ  
Dux sciscitabatur, an ille Vir, qui nil

Q q 5

nisi

**Sæc. XVI.** nisi juxta Senatus decretum, ac Regii  
**A.C. 1553.** sigilli auctoritatem aggressus est, jure  
 tanquam perduellis ad mortem damnari  
 possit? insuper quærebat, utrum illi, qui  
 ejusdem cum eo facinoris consciæ sunt,  
 imo pro illius executione mandata dede-  
 runt, judices tamen esse valeant? Ad hæc  
 post brevem deliberationem responsum,  
 quod usurpata supremi Sigilli auctoritas  
 nulla fit, minus vero hi, qui in illa confi-  
 dunt, a læsa Majestatis poena propterea  
 immunes esse valeant: de cetero autem ex  
 præsentibus Judicibus nullus sit, qui de  
 eodem crimine accusatus, vel damna-  
 tus fuerit, & solus popularis rumor,  
 aut levis accusatio obstatre haud possit,  
 quominus illi Judicum officio fungi va-  
 leant.

Cum ergo Dux utrumque suæ de-  
 fensionis argumentum penitus eversum  
 cerneret, haud ultra facinus suum ex-  
 culare sollicitus crimen fatebatur, so-  
 lam Reginæ clementiam implorans, cu-  
 jus quoque exemplum sequebantur Nor-  
 thantoniae Marchio, & Varvicensis Co-  
 mes. Hi omnes tres, a Judicibus tan-  
 quam perduellionis rei declarantur, ac  
 postera die, Joannes Gattus, ejusque  
 Frater, Andreas Dulejus, & Thomas  
 Palmerius omnes quatuor Equestris Or-  
 dinis Viri pariter mortis sententiam ex-  
 ceperunt. Ex septem autem hisce reis  
Curia

e p 9

Curia nonnisi tres, scilicet Ducem, Joan- Sæcul. XVI.  
nem Gattum, & Thomam Palmerium A.C 1553.  
capitali pœna plecti voluit: Igitur Vi-  
gorniensis Episcopus (\*) Ducem acce-  
dere, ejusque animam ad extremam  
cum morte luctam disponere jubetur,  
apud quem etiam Dux suas noxas ex-  
piabat, palam professus, quod nunquam  
aliam, quam Romanæ Ecclesiæ fidem  
in animo suo coluisse. Postea Northan-  
toniæ Comes interrogatus declarabat,  
quod nullum tumultus tempore publi-  
cum munus exercuerit, sed venationi-  
bus semper intentus hisce regni turbis  
minime sese ingesserit. Hoc audito Var-  
vicensis Comes natu major Ducis Fi-  
lius ingenti animi constantia extremi  
supplicii sententiam excepit, unice pe-  
tens, ut omne æs suum alienum solve-  
retur. Demum illis ad Turrim redu-  
ctis altera die Andreas Dulejus, Ioan-  
nes Gattus Prætorianorum Præfectus,  
& Henricus ejus frater, necnon Ioan-  
nes Palmerius ad mortem fuere damnati.

## §. LV.

*Dux ad supplicium ductus, ac capite  
plexus.*

Sleid. l. 25.

Hos inter primus Northumbriæ Dux p. 929.  
capitali sententia damnatus die vi- Thu. l. c.  
gesi p. 365. Burnet.

(\*) Is erat Nicolaus Heath, qui postea Belcar. l. 26.  
Eboracensis Archiepiscopus fuit renuntiatus. u. 38.